

Et quamvis hujusmodi ritus Scriptura Apostolica in partu- culari non meminerit, praesertim cum primis illis temporibus non nisi in privatis oratoriis, & domibus Christiani sua sacra peragerent, idque clam metu imminenti perfectionis: Simul ac tamen assiduis spes aliqua quietis, ut templa passim erigi coeperunt, etiam dedicationis, & consecrationis ritus adhiberi cepit.

Hoc inferim notandum, quod quamvis initio status Evangelici non habeamus tam expressa testimonia Scripturae, interim tamen ex eo, quod Paulus in priori epistola ad Cor. c. 11. Corinthios arguit, tanquam Ecclesiae contemptores, quia in Ecclesia comedeabant, satis innuitur, tunc etiam Ecclesiam aliquo modo sacratam fuisse. Cur enim Ecclesiam contemnere dicitur, qui in ea actionem alibi licitam exerceat, nisi propter aliquam ejus loci consecrationem, & ex ea reverentiam? Probatique ex Dionysio Areopagita, qui tempore Apostolorum vixit, lib. de Eccle. hierarch. c. 5. part. 1. aperte docet, altaria sacro Oleo inungi, & consecrari ab Episcopo debere.

Concilium quoque Carthaginense V. can. 6. sic habet: Similiter & de Ecclesiis, quoties super eorum consecratione haesitatur, agendum est, id est, ut sine ulla trepidatione consecrentur.

Agathensis Concilium c. 14. Altaria placuit non solum unctioe Chrismati, sed etiam Sacerdotali benedictione fieri. Item patet ex Concilio II. Bracaren. can. 6. Item ex decretis Pontificum Gelasii, & Felicii IV. & Joannis I. in epistola ad Episcopos Italiae. Alia etiam Decreta vide apud Gratianum de consecrat. dist. 1. ubi etiam adferunt canon Niceni Concilii, & alius Concilii Hipponensis: quod plenarium totius Africae Christi testatur S. Aug. lib. 1. Retrad. c. 17. quantum isti canones modo extant, nisi apud Gratianum.

Meminit, quoque hujus solemnitas, & ritus Eusebius 1.9. hist. c. 10. Festivitates, inquit, a nostris frequentissime gerebantur, cum omni laetitia, & exultatione, per urbes, & loca singula Ecclesiarum dedicationibus celebratis. Congregabantur in unum Sacerdotes, nec pigebat etiam longè positos convenire, quia nullum longum videbatur spatium charitati. Et lib. 4. de vita Constantini, scribit Constantinum ad consecrationem, & dedicationem adis, quam Hierosolymis Martyribus extruxerat anno imperii sui xxx. convocasse universam Synodum, quae Tyri convenerat, &c.

Aldandus in Apologia ad Constantinum: illud, inquit, & a beatae memoriae Alexandro, aliisque patribus actum est, qui populi conventus habuere, & absoluto opere agendis Deo gratias dedicationem celebraverunt. Hujus ergo dedicationis, te, Imperator, auctorem esse oportet. Locus enim ille exadificatus praesentiam tuae pietatis requirit: hoc enim ei solum deest ad plenum ornatum. Hoc igitur ut adimpleas, & ut vota tua Domino, cui hanc domum construxisti, reddas, omnium vota optant, & suspirant, &c. Ibidem pro dedicatione Ecclesiae adfert exemplum Eldrae ex Testamento veteri.

Rasilius in Psalm. 113. initio reddit causam, cur serius venerit ad Ecclesiam dedicandam, ubi populus a media nocte usque ad meridiem expectaverat: Si vero, inquit, oportet etiam nos pro nobis ipsi rationem reddere motae, ac longioris nostrae absentiae, causam adferimus, quod alteram huic aqualem Dei Ecclesiam, non modico intervallo a vobis distantem; ministro nostro curantes, tempus hoc diei consumpsimus. Hunc locum fatentur Magdeburgenses Cent. 4. c. 6. colum. 408. de templi dedicatione intelligendum.

Greg. Nazianz. in orat. in notam Dominicam sic incipit: De Enoeniis honorandis lex vetus est, eaque praclare constituta.

Chrysostomus, quoque sermonem habuit in Enoeniis, tom. 3. Sazomus lib. 4. c. 13. scribit, Basilium Ancyranum ad templi dedicationem plurimos Episcopos invitasse.

Ambrosius lib. 1. epist. 5. ad Felicem, dicit se, & ipsum Felicem ad Basilicam dedicationem a Bassiano invitatum, & in epist. ad sororem, quae habetur in sermone num. 92. Cum inquit, Basilicam dedicasset; multi tanquam uno ore interpellare coeperant, dicentes. Sic in Romana Basilica dedices? Respondi, faciam, si Martyrum reliquias invenero, &c.

Gaudentius in trad. de dedicatione, dicit convenisse multos Episcopos ad celebritatem dedicationis Ecclesiae, quae Briziae erecta fuerat in honorem reliquiarum Joannis Baptistae, Andree, Thomae, Lucae, Gervasii, Prothasii, Celsi, & quadraginta Martyrum.

Aug. quinque sermones ad populum habuit in celebritate dedicationis templi, qui sunt inter sermones de tempore.

Gelasius Papa epist. 1. ad Episcopos, Lucaniae, & Aprutii c. 6. Basilicas, inquit, noviter institutas, non petitis ex more praecipionibus dedicare non audeat. Et cap. 27. alia quadam constituit in dedicatione Ecclesiarum servanda.

FELIX IV. qui etiam ante mille annos sedit, in epistola sua decretali proluxe de hac re differit, ac inter alia sic ait: Solemnitates vero dedicationum Ecclesiarum per singulos annos celebranda sunt, &c.

Prosper part. 3. c. 28. de promissionibus Dei, testatur se interfuisse, cum apud Carthaginem dedicaretur in signum quoddam templum, quod olim Gentium fuerat; in ejus frontispicio divinitus scriptum inventum magnis, atque aereis literis: Aurelius Pontifex dedicavit. Quod praestigium omnes mirabantur, cum viderent ab Aurelio Episcopo Chartaginensi fieri, quod tanto tempore antea praedictum fuerat.

Bernardus sex sermones habuit de dedicatione templi Ruper. in cap. 28. Genes. probat rectè fieri festivas dedicationes. Hugo de S. Victore lib. 2. de Sacramentis, part. 5. cap. 2. & 3. Id. lib. 1. de officiis, cap. 35. Rabanus lib. 2. cap. 45. de institutione Clericorum. Amalarius in lib. de ordine Antiphonarii. B. Ivo in sermone de consecratione templi, & Vvafrius de rebus Ecclesiasticis, cap. 9. qui omnes de dedicatione Ecclesiae tractant, tanquam de re antiquissima, cum tamen etiam ipsi antiqui ipsi auctores.

Ritus quos in consecrandis Ecclesiis, & altaribus Romana servat Ecclesia, beatus Sylvester Papa primus instituit: nam est ab Apostolorum tempore loca fuerunt Deo dicata, quae a quibusdam oratoria, ab aliis Ecclesiae dicebantur, ubi collectae fiebant per unam Sabbati, & Christianus populus orare, Dei verbum audire, & Eucharistiam fumere solitus erat; non tamen illa adeo solenni ritu: consecrabantur; nec in eis adhuc in titulum erectum erat altare, quod Chrismate delibatum, Domini nostri Jesu Christi, qui altare, hostia, & Sacerdos noster est, figuram exprimeret. Sed ubi Constantinus Imperator per Baptismi Sacramentum sanitate, salutemque consecutus est, tum primum lege ab eo lata concessum est toto orbe terrarum, Christiani, ut Ecclesias adificaret: quos ille non solum edidit, sed etiam exemplo, ad sacra adificationem est cohortatus: Nam & in suo Lateranensi palatio Ecclesiam Salvatori consecravat, & ei continentem Basilicam nomine S. Joannis Baptistae condidit, eo loco, quo ipse baptizatus à S. Sylvestro, à lepra mundatus est. Quam idem Pontifex consecravat quinto idus Novembris: Cujus consecrationis memoria eo die celebratur, quo primum Roma publicè Ecclesia consecrata est, & imago Salvatoris in pariete depicta populo Romano apparuit. Breviar. Concilium Tridentinum 9. die Novembris. & Baronius tomo tertio Annal. anno 324. 67.

Ealredus, gravissimus scriptor rerum gestarum S. Eduardi Regis Anglorum, de templo in memoriam S. Petri Londini adificato à Seberto (Beda Saberethum vocat) nepote Regis Ethelberti à S. Augustino conversi, refert: Nocte, inquit, dedicationem ejusdem praecedente, piscatori cuidam Thanesis fluvii, qui idem Monasterium praeterfluit, ulteriori ripa in habitu peregrino beatus Petrus apparuit, promissa mercede, transponi se ad eodem, & petiit, & promeruit. Egredis autem de navicula, Ecclesiam, piscatore cemente ingrediatur: & ecce subitò lux caelestis emicuit, miroque splendore illustrans omnia, noctem convertit in diem. Adhuc cum Apostolo multitudine civium superorum ingredientium, melodicae caelestis infonuit. Et paulo post injungit, Mant autem factò Episcopo Mellino ad dedicandam Ecclesiam procedenti cum pisce piscatore occurrit, & omnia, quae sibi mandata fuerant, prodit. Stuper Antistes, referatque Ecclesiae valvis, videt pavimento utriusque Alphabeti inscriptione signatum, parietem bisinis in locis sanctificationis oleo litum, totidem cererum reliquias duodenis crucibus inhzrere, & quasi recentis asperione adhuc cuncta maledere. Quod videns Episcopus una cum populo Deum benedicebat. Creditum ergo consecrationis mysterium repetitum, cum perfectam monstraret candelae per totam Ecclesiam accensis, cruces factae, nec minus aqua asperse, & sacri olei locis debitis non frivola vestigia. In vita S. Eduardi Regis. Beda 1.2. hist. Angl. cap. 3. Vvulleim. Malmsbur. lib. 2. de Pontif. Angl. & Baron. tom. 8. ann. 670.

Tempore Dagoberti Regis Francorum, Episcopis apud dirum Dionysium dedicandae Ecclesiae gratia à Dagoberto convo-

catum, dum sexto Kalend. Martii mysterium absolvere statuerent, pridie iporum Calendarum homo lepra admodum desortus ab ædibus imperat in aede pernoctare. Ubi dum vigil in oratione perseverat, videt conspicit Christum comitantibus cum Petro, Pauloque una cum divis martyribus, Dionysio, Rustico, & Eleuthero per fenestram in basilicam adventare. Qui candida veste amictus dedicationis faciliam advenire. Indeque ad lepra contaminatum progreffus Christus: Tu, inquit, homo, dicitio pontificibus, cum crastinus luce ad hanc aedem se conferent, eam à me consecratam esse. Cujus rei fidem fecit infirmi hominis cura. Nam contacta hominis facie lepra omnem Christum auferens, eam proximo lapidi glutinavit, qui adhuc usque in diem per summam admiracionem visitur. Quo miraculo aeterni praesules dedicatione abstinerunt. Hac causa est quomobrem frequens admodum populus ad Ecclesiam ipsam sexto Kalend. Martii conveniat, firmissime credens à Christo Deo fuisse perpetratum. Robert. Guaguin. lib. 3. Annal. Franc. & Falgofus lib. 1. c. 67.

Trigefimo imperii Constantini anno templum Hierosolymis in Calvaria loco magnificentissime absolutum fuerat, quod magnum martirium dicitur. Marianus quidam ampla dignitate vir, ab Imperatore cum literis ad Synodum Tyri Phoeniciae congregatam venit, in quibus quam celerrimè Hierosolymam adire, propter sacrosus templi dedicationem jubebatur. Atque illi proximus, ut potuerit, Hierosolyma contenderunt, dissidio, atque discordia omni posita, templumque ipsum dedicavit, donaria simul, & ad ornamta ab Imperatore missa maximi precii consecrantes: Quae longo sine post tempore ibi fuere, stuporem, & consternationem plane spectantibus concilians: tanta erat illorum magnitudo, tantum pretium. Eratis XIV. mensis Septembris publicè ab omnibus conventibus celebrandis. Quibus diebus ex ordine diebus homines eo conveniunt, & ad festos conventus concurrunt, arcana sacra peracturi, & loca sancta cognitura. Neophorus lib. 8. cap. 50. bifer. Eccle. Guillielm. Tyr. lib. 23. de bello sacro cap. 21. Euseb. lib. 4. vitæ Constant. Ann. Dom. 324.

Sanctus Hubertus, licet vocacionis suae haud nescius, rogatu tamen quorundam illustrium virorum Brabantum perterritus, basilicam novo opere constructam Domino dedicaturus: Cūque quod rogabatur, ut optet nomen, laudemque Domini propagaturus, letabundus advenisset, & domum illam, sicuti petebatur, sanctificatus esset, discipulorum quidam officio praepositus, ejus voluntatem, atque possibilitatem requirere studuit, dicendo: Vixit Pater, longe protrahi officii moras, anne succingi? At ille, cuius cor perfectionem semper desideraverat: Nil, inquit, remaneat imperfectionis: quin prout vales, & morose, & cum integritate juncta conspiciantur. Cepto ergo officio insistens, adjunctis presbyteris, & diaconibus, nec non omni Ecclesia gradu, cum magno illud honore, & reverentia, sicuti & reverè idem officium postulabat, ad finem usque perduxit, domumque illam tam in historiarum oblatione, quam & Sacerdotali deservitiorum, nec non incensi super aram thurificatione acceptabilem Domino profusus reddidit. Sciens autem illud potissimum charum esse Domino, templum, quod non latet omnium diligentia compassum, nec cæmentationum artelirum, sed vitatum exercitibus est conspicium. In vita ejus

D. cap. 12. apud Sar. 3. Novemb. 1099. In quibus omnibus hinc illinc, &c. FINIS RITUM, ET CEREMONIARUM DEDICATIONIS, ET CONSECRATIONIS TEMPLORUM.

Ubi nonnulla de ceremoniis ipsi apud Catholicos usitatis.

Finis harum ceremoniarum praecipuum est, quem initio hujus tituli insinuavimus; ad significandum templum illud Deo, & sacris actionibus dedicari, neque esse domum profanam, sed sacram; nam etiam illa dedicatio essentialiter consistit in voluntate, & intentione dedicantis, tamen necesse est, ut haec intentio, & voluntas signis externis prodatur aliis hominibus; quomodo etiam humani contractus consistunt in intentione, & voluntate contrahentium: tamen ut innotescat voluntas, & ut firma, & rata sint, non solum profertur verba, sed etiam multae adhibentur ceremoniae, ut patet

in nuptiis, in coronatione Regum; in militia, &c. Quoniam ergo templum dedicatur Christo, idè ad hoc significandum pingitur signum ejus, id est, Crux: Pinguntur autem cruces num. 12. ita inter se distantes, ut totum templum occupent; & ad singulas lampades singulae accenduntur, ad significandum, quod Apostoli XII. hoc vexillum Christi per totum orbem terrarum portaverunt; & sua praedicatione mundum illustrarunt.

Et quia templum non debet esse profana, & communis domus, sed sacra idè ad hoc significandum inungitur. Oleum enim est comunissimum, & evidentissimum symbolum consecrationis. Quia enim est liquor nobilissimus, quippe qui omnibus supereminet, & maxime omnium penetrat, & sanat, ac roborat; & demum res illustres facit: idè placuit omnibus Gentibus, & ipsi etiam Deo, illo uti ad consecrationem significandam.

Quia rursus templum destinatur divinis sacrificiis, & orationibus, aliisque sanctis; & puris adionibus, non autem fordidis, & tenebris negotiorum saecularium, idè ad hanc mundiciam, & claritatem significandam aspergitur aqua. Tunc adoletur, cerei accenduntur.

Quia verò sacra etiam templum ad concionandum, & docendam fidem, quae est fundamentum totius justitiae, idè describitur Alphabetum in pavimento. Describitur autem Graece, & Latine, quia illis linguis praedicata est fides; & illis linguis utebatur tota fere Ecclesia eo tempore, quo haec ceremonia sunt instituta.

Et quia in templo non solum docentur homines, sed etiam moventur, & inflammantur ad virtutem, & vitae novitatem, idè dicitur sic illa mixtio aquae, cineris, salis, & vini.

Quia denique ex templo Diabolus eicitur, neque ibi habitare sinitur, sed è contrario oratur Deus, advocatur Angeli, alique Sancti, ut in eo loco habitare dignentur, idè pulsatur ostium, & jubetur Diabolus recedere; & reliquiae Sanctorum introducuntur.

Alius quoque harum ceremoniarum finis est, ad significandum Christum, & Ecclesiam. Sed de hac significatione agere ubi rursus quaedam de his Ceremoniis.

Ex quo templa certis ceremoniis, & ritibus Deo dedicantur, & consecrantur, sequitur sancta esse, & veneratione digna ceteri, ac estimari. Siquidem olim Deus praecipiens Moysi consecrationem tabernaculi, & vasorum ejus, addidit eo finè se illam praecipere, ut sanctificarentur. Exod. cap. 40. vers. 9. Matth. cap. 23. Christus dicit: Vos vobis duces caeci, qui dicitis; Quicumque juraverit per templum, nihil est, qui autem juraverit in auro templi, debet. Stulti, & caeci, quid enim majus est, aurum, an templum, quod sanctificatur aurum? Ubi dominus vult templum lapideum nobilitate esse ipso auro; quod videlicet auro communicat sanctitatem; nam licet lapides sint absolute inferiores auro, tamen ratione relationis ad Deum, lapides illi, qui templum efficiunt, sunt longè nobiliores, & sanctiores auro. Unde August. lib. 4. contra Cresconium, cap. 40. Deo, inquit, omnipotenti parietes consecratos, Ecclesiam venerandam, quasi quadam obfessione creditur, retinendam.

Ceterum, cum dicat Apostolus 1. ad Timoth. 4. Nihil abiciendum est, quod cum gratiarum actione percipitur; sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem. Sic cibus sanctificatur per verbum Dei, & orationem; cur non etiam templa sanctificabuntur, quae per sacras personas publicas precibus, & benedictione consecrantur? Praeterea sanctificante Salomone templum, Deus etiam sanctificavit; ut ipse dicit 3. Reg. 9. Exaudi vi, inquit, orationem tuam, & sanctificavi domum hanc, quam aedificasti. At non minus efficaces sunt preces Ecclesiae, quam Salomonis.

Jam verò in templo consecratae sunt multae res sanctae. Primò Crux, & imagines Christi, & Sanctorum. Secundò reliquiae Sanctorum. Tertio, praesentia corporis Domini in Eucharistia. Quarto, praesentia Anglorum; incredibile enim est, aut temper, aut frequentissime Anglos adesse. Quare Joseph. 1.7. de bello Jud. c. 12. scribit, in templo Salomonis paulò ante quam everteretur, auditas voces: Migremus hinc, quas Anglorum fuisse, deferentium eum locum, communis opinio est. Et B. Chrysof. super illa verba Ista: Vidi Dominum se-

M m

B. L. Theat. vit. Human. Tom. VII.

in nuptiis, in coronatione Regum; in militia, &c. Quoniam ergo templum dedicatur Christo, idè ad hoc significandum pingitur signum ejus, id est, Crux: Pinguntur autem cruces num. 12. ita inter se distantes, ut totum templum occupent; & ad singulas lampades singulae accenduntur, ad significandum, quod Apostoli XII. hoc vexillum Christi per totum orbem terrarum portaverunt; & sua praedicatione mundum illustrarunt.

Et quia templum non debet esse profana, & communis domus, sed sacra idè ad hoc significandum inungitur. Oleum enim est comunissimum, & evidentissimum symbolum consecrationis. Quia enim est liquor nobilissimus, quippe qui omnibus supereminet, & maxime omnium penetrat, & sanat, ac roborat; & demum res illustres facit: idè placuit omnibus Gentibus, & ipsi etiam Deo, illo uti ad consecrationem significandam.

Quia rursus templum destinatur divinis sacrificiis, & orationibus, aliisque sanctis; & puris adionibus, non autem fordidis, & tenebris negotiorum saecularium, idè ad hanc mundiciam, & claritatem significandam aspergitur aqua. Tunc adoletur, cerei accenduntur.

Quia verò sacra etiam templum ad concionandum, & docendam fidem, quae est fundamentum totius justitiae, idè describitur Alphabetum in pavimento. Describitur autem Graece, & Latine, quia illis linguis praedicata est fides; & illis linguis utebatur tota fere Ecclesia eo tempore, quo haec ceremonia sunt instituta.

Et quia in templo non solum docentur homines, sed etiam moventur, & inflammantur ad virtutem, & vitae novitatem, idè dicitur sic illa mixtio aquae, cineris, salis, & vini.

Quia denique ex templo Diabolus eicitur, neque ibi habitare sinitur, sed è contrario oratur Deus, advocatur Angeli, alique Sancti, ut in eo loco habitare dignentur, idè pulsatur ostium, & jubetur Diabolus recedere; & reliquiae Sanctorum introducuntur.

Alius quoque harum ceremoniarum finis est, ad significandum Christum, & Ecclesiam. Sed de hac significatione agere ubi rursus quaedam de his Ceremoniis.

Ex quo templa certis ceremoniis, & ritibus Deo dedicantur, & consecrantur, sequitur sancta esse, & veneratione digna ceteri, ac estimari. Siquidem olim Deus praecipiens Moysi consecrationem tabernaculi, & vasorum ejus, addidit eo finè se illam praecipere, ut sanctificarentur. Exod. cap. 40. vers. 9. Matth. cap. 23. Christus dicit: Vos vobis duces caeci, qui dicitis; Quicumque juraverit per templum, nihil est, qui autem juraverit in auro templi, debet. Stulti, & caeci, quid enim majus est, aurum, an templum, quod sanctificatur aurum? Ubi dominus vult templum lapideum nobilitate esse ipso auro; quod videlicet auro communicat sanctitatem; nam licet lapides sint absolute inferiores auro, tamen ratione relationis ad Deum, lapides illi, qui templum efficiunt, sunt longè nobiliores, & sanctiores auro. Unde August. lib. 4. contra Cresconium, cap. 40. Deo, inquit, omnipotenti parietes consecratos, Ecclesiam venerandam, quasi quadam obfessione creditur, retinendam.

Ceterum, cum dicat Apostolus 1. ad Timoth. 4. Nihil abiciendum est, quod cum gratiarum actione percipitur; sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem. Sic cibus sanctificatur per verbum Dei, & orationem; cur non etiam templa sanctificabuntur, quae per sacras personas publicas precibus, & benedictione consecrantur? Praeterea sanctificante Salomone templum, Deus etiam sanctificavit; ut ipse dicit 3. Reg. 9. Exaudi vi, inquit, orationem tuam, & sanctificavi domum hanc, quam aedificasti. At non minus efficaces sunt preces Ecclesiae, quam Salomonis.

Jam verò in templo consecratae sunt multae res sanctae. Primò Crux, & imagines Christi, & Sanctorum. Secundò reliquiae Sanctorum. Tertio, praesentia corporis Domini in Eucharistia. Quarto, praesentia Anglorum; incredibile enim est, aut temper, aut frequentissime Anglos adesse. Quare Joseph. 1.7. de bello Jud. c. 12. scribit, in templo Salomonis paulò ante quam everteretur, auditas voces: Migremus hinc, quas Anglorum fuisse, deferentium eum locum, communis opinio est. Et B. Chrysof. super illa verba Ista: Vidi Dominum se-

M m

B. L. Theat. vit. Human. Tom. VII.

invenit componit, ut eadem inter se similes videri possint. A Sedilia circum eadem marmorea. Pavimentum vermiculato opere marmoreis frustis distinctum. Columnae complures Paril lapidis, vel Tappici aut Numidici, cum duplici suggestu marmoreo. Cautum publico decreto fuerat, ut quicquid egregie operis Veneti ipsi navigantes quocunque terrarum ambirent, id ipsum Venetias deferrent. Vestibuli aurei fornice recentis & amplius fulciuntur columnis, magnitudine, & colorum varietate conspicuis: intercolumnia, & quicquid in arca ipsa operis est, cum ipso pavimento marmoreis tabulis per testos tenent. Vestibuli partem superiorem equiquatuor amet, diverso statu, varioque exornat: Templi supercilium senis sese pinnaculis explicat: quorum singula in tabernaculis specie sumpta, singulis habent ex candido lapide statuas, nodi genii: aliaque splendidissimi aspectus simulacra, suo quaque statu operibus inserta, miro quodam modo, ipsam pinnarum exornant intercapedinem. Extructum fuit a Seb. Liano duce, & ab architecto Constantinopolitano. *Egnatius lib. 9. c. 5.*

LUTIPRANDUS Longobardorum rex, ut inquit Paulus, multa in Christi honorem per singula loca, ubi degere solebat, templa construxit; Monasterium S. Petri ad Coelum aureum extra Papiae moenia, & alterum Bardonis in monte, Beretum dictum, edificavit. In Olonna vero miro opere in honorem S. Anastasii martyris Christo domicilium statuit, in quo & monasterium excitavit. In suo palatio oratorium S. Salvatoris condidit, & quod nulli alii reges habuerant, sacerdotem, & Clericum instituit, qui rei quotidie divina officia celebrarent. *Signo. lib. 2. reg. Ital.*

PERTHARITUS Longobardorum rex, regno accepto, ab ea Ticini parte, qua olim Grimoaldi regis manus evaserat, monasterium novum S. martyris Agathae condidit, idque multis virginitatibus aggregatis, & possessionibus attribuit honoravit. Cujus exemplum uxor Rodelinda sequuta, eadem S. Dei Genitricis extra moenia edificavit, quae ad Perticas dicitur. *Idem. lib. 2. c. 14.*

S. MARIA Rotunda, olim Jovis Ultoris, omnium tota Urbe pulcherrimum, & magnificentissimum ex antiquis relictum. Habet porticum integram, valvas & trabes aeneas; altare summum januae respondet: omnia intus marmorea sunt. Pavimentum, altaria, statuae. Tectum est circulari. Testudo, per quam ad tectum, quod est plumbeum, ascenditur, gradus habet cxx. & antequam ad eam perveniatur testudinem, sunt alii gr. xxxi. Ad foramen tecti, quod lucem templo praebet, per plumbeos gradus xl. duobus in locis ascensus est in ipso tecto, & de quo tota Roma est conspicua. *Pabricius.*

Sacrae Pantheon Bonifacius III. Mariae Deiparae Virgini Romae, opus cum sua mole, tum quod una sit testudine complexum, inter pauca memorabile. *Sab. lib. 10. c. 14.*

Statuerunt Mediolanenses divo Ambrosio magnificum: sed omnium opulentissimum Veneti per Marco, quo nullo est hodie in terris opulentiore, magisque visendo apparatu. *Sab. lib. 10. c. 14.*

In Septentrionali metropoli Niprofa etiamnum hodie Ecclesia cathedralis, argumentum veteris felicitatis: cui magnitudine, & laborati lapidis artificio, par opus non est in orbe Christiano. Crepido circum altare corrupta incendio vii. m. aureorum vix reparari potuit. Arque a tantula parte aestimatio praestantia fiat templi totius. *Zeiglerus in Scand. dia.*

Templum Argentinense magnificum, anno Salutis 1015. adificare ceptum, Turris vero A. 1277. ab Ebroino Steinbaccense fundamenta facta. Anno 1305. Joannes Hiltzius Colonienfis turris elevandae provinciam suscepit. In medio opere condidit. Tandem Suevus quidam materiam jam paratam composuit, sic ut imperfecta licet duxit, pedes altitudine excedat. *Stramphus.*

HELARIUS I. Pp. facris basilicis pretiosa ornamenta a Genseric, urbe capta, detracta ex aere, auro, atque argento, quod ad usum, & decus necessarium esset, in toto suo pontificatu restituit; atque Oratoria multa, pluresque basilicarum Confessiones laminis argenteis stravit, inque ea re prioris fauli magnificentiam superavit. Adco brevi Roma, dato paulisper ad respirandum spatio, ex tenebris captivitatis, ac depraedationis, pristina fortunae apparatus magna ex parte recepto, emerit. *Signo. lib. 14. Imp. occid.*

Saraceni basilicam DD. Petri, & Pauli Romae foede diripuerunt. Pars de iis victoria navali, Leo IV. Pp. an. dccc. eam novo ad usum rei divinae, & coque magifico campanario

exornavit: & ne ejusmodi in posterum obnoxia impressionibus, ac direptionibus esset, Vaticanum ipsum munire, & la-pideis muris, qui ad diem nulli fuerant, seipse instituit. *Signo. lib. 5. reg. Ital.*

Henricus II. Imp. Boleslaw Sclavorum rege deleto, anno cvii. voti comas Bambergae Episcopum cum basilica condidit, & eamque eximie praeclarae honestatis. D. Georgii nomini dedicavit. In eadem etiam urbe cenobia duo magnifica in pinnis extruxit: quorum unum S. Stephano dicatum Canonici Augustiniani attribuit: alterum sub nomine S. Michaelis monachis Benedictinis indulgit. Eam basilicam xiii. post anno consecrare cupiens, Benedictum Pontificem ob id in Germaniam advocavit. Cujus, perspecta voluntate Benedictus trans Alpes contendit, atque Henrici petitioni morem gessit. Ob id Henricus se in singulos annos equum album, & centenas marcas argenti S. Petro, & successoribus ejus daturum spondidit. *Idem libro 8.*

Idem, Basileae templi primarii structura, five per se ruinosa, five terrae motibus concussa, aut Rheni eluvione periclitantem, anno 1010. passibus aliquot a flumine removens, novo opere inflauravit; binis turribus conspicuam fecit, atque ditavit. *Orsius in Epist. Hist. Basilienis.*

MALCOLMUS II. Scotorum rex, vicis ad Murthlacum Danis, eadem D. Moloco factam ingenti sumptu construxit; quam, five quod voto ita sese adstrinxerat, five quod regionum, quas Dea, Speaque flumina claudunt, majori, quam par esset, intercapedine eorum ab Episcopo disungerentur, Episcopalem sedem factam, praedixit, agrisque de Murthlaco, Cloveth & Dumeth, cum redditibus ad pontificos sumptus donavit. Estque sacra federa Davidis primi Scotorum regis tempora Murthlacenfis appellata, qui eam Abberdoniam transtulit. *H. Baetii lib. 1. c. 14.*

SPRIGENTUS II. Boemorum rex, festo die translationis D. Venceslai videns ad sepulchrum tantam domiciliorum, advenarumque frequentiam confluisse, quantum locus ille propter sui angustiam capere non poterat, religione tactus, quod laxiora ipse Palatia, quam Divi templa haberent, novo operi excitando curam intendit: diuque facello utroque, quorum alterum D. Viroi, alterum D. Adalberto constructum fuerat, aream longe ampliore mensis, omnibus tribus in illa magnificum Pragae extruxit templum. *Dubr. lib. 8.*

CAROLUS IV. Imp. veteri Praegensi templo, cui, & decor, & amplitudo deesse videbatur, nova fundamenta circumposuit, decimanque argenti partem ex montibus Cuthen-sibus provenientem pro edificio futuro assignavit. Interea que viginti quatuor ministris templo assiduos, quos ideo Mansionarios vocabat, constituit: illisque largos sumptus destinavit: ut die, nocturne Deo hymnos, & laudes psallerent: eum paulo ante, & opibus adhaec privatis, facellum elegantissimum, in eadem arce Praegensi, missu patris, sub titulo Omnium sanctorum edificasset, lecto in id, descriptoque cetero sacerdotum honestissimo. *Idem lib. 22.*

HIBLORCH, nobilis femina, sub Episcopatu Mindensi, cum maritum in peregrinatione terra sanctae absentem jam desperare reditum, ex omni patrimonio novum Ecclesiam construxisse dicitur, cum Monasterio Meckenbeke, anno dcccxxxii. Cum autem ille insperatus rediret, placata indigentem praevit, dicens novem se sibi ademi peperrisse, nondum in Christo regeneratas. Intellexit vir Deo devotus quid loqueretur: & annuens per omnia, quae facta sunt approbavit. *Cranz. l. 3. Metrop. c. 8.*

RAMONDUS Berengarius Barcinonae Comes, confectis nuptiis cum Petronilla Ramiri monachi, regis Aragonum filia, Aragoniae etiam Princeps factus, trecentas edificavit Ecclesias. *Marinæus l. 10. rerum Hispan.*

FERDINANDUS, & Isabella Hispaniae Reges in Abila civitate templum D. Thomae, Toleti S. Joan. Evang. Segoviae Monasterium S. Crucis, & Granatae templum Deiparae, & D. Francisci, D. Hieronymi monasteria, & Carthusianorum, & Praedicatorum, Compositellae D. Jacobi templum cum hospitali, Romae templum D. Francisci extruxerunt. *Marinæus l. 10. rerum Hisp.*

Primus Lusitanie rex Alphonsus Henricus, qui totam ferè Portugalliam a Saracenis Tyrannide in pristinum libertatem auferuit, ea, que bello comparabat, magna ex parte in sacras Religiosorum familias conferbat, ex iisque plurima templa inflauravit, aliaque sane magifica a fundamentis

damentis extexit, maximaque & celeberrima Monasteria ex-a-dificavit.

Quae Alphonsi pietas ad reliquos consequentes reges cum regno ipso quasi hereditario jure pervenit. Nam ut alios Lusitanie reges mittamus, duo illa clarissima Lusitaniae lumina, Emmanuel, & Joannes hoc nomine tertius, non minus fidei suae, & pietatis splendore, quasi duo fulgentissimi Soles prodigioso, ac divino modo, verum in vicis armis, ad suam ipsas orientis oras collustraverunt. Quam enim verò Emma-ditionem, & imperium adjuverunt, quum primus Orientem, non minus admirando ausu, quam felici successu aperuit, plurima sibi subiectis provinciis excitavit, locupletavitque ampliffimis muneribus. In his Bethlehemiticum Cenobium per leucam Olisipone distans, & operis magnitudine, & magnificentia in praecipuis totius Europae numerandum, D. Hieronymi Patribus attributum. Quod opus Joannes hoc nomine tertius Emmanuelis filius postea amplificavit, ut attestantur carmina, in ipsum templi fronte inscilla, quae Andreas Refendius, Eboracensis antiquitatis investigator, atque B in eo genere doctissimus composuit, ita autem se habent.

Vasta mole sacrum divinum in litore Marti Rex posuit regem maxime Emmanuel. Auxit opus heges regni, & pietatis. Uterque Struenda certant religione pares.

Exstruxit quoque Emmanuel Misericordiae Olisiponen-sis aedem, & ibidem Xenodochium Regium sanè, atque magnificum.

Ornatus hujus varias significationes trademus infra Titulo particulari.

TEMPLORUM EXTRUENDORUM PIETAS MIRACULOSAE CONFIRMATA.

In quodam loco raris angustis, cum res posceret Ecclesiam constructi, rupe quadam vicini montis ex parte Orientis obiecta, ex alia verò praeterfluvius, spatium quantum Ecclesia sufficeret, denegabat. Eorum alius omnino non esset locus, omnesque molitionem gererent, quod solum ad construendam Ecclesiam non haberent, Gregorius Neocastriensis Episcopus, fide plenus, pernoctante in oratione dicitur, & Dominum Jesum promissionis suae admonuisse fideliter, quod dixit: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Tolle te, & mitte in mare, & fiet utique. Cumque haec plena fide, atque devotione deposceret, ad lucem coeuentibus populis, inventa est rupe importuna scissilisse tantum, quantum spatium ad condendam quarebatur Ecclesiam. *Eusebius lib. 7. hist. Eccles. cap. 1.*

LIBERTO summo Pontifice, Joannes Patricius Romanus, & Uxor pari nobilitate, cum liberos non suscepissent, quos bonorum haereditate relinquerent, suam hereditatem sanctissime Virgini Dei Matri volerunt, ab ea summis precibus assidue petentes, ut in quod pium opus eam pecuniam potissimum erogari vellent, aliquo modo significaret. Quorum preces, & vota ex animo facta beata Virgo Maria benigne audiens, miraculo comprobavit. Nonis igitur Augusti, quo tempore in Urbe maximi calores esse solent, noctu nix partem collis Exquilini contexit. Qua nocte Dei Mater separatim Joannem, & conjugem in somnis admonuit, ut quem locum nix conspersum viderent, in eo Ecclesiam adificarent, quae D. Mariae Virgini nomine dedicaretur: se enim ita velle ab ipsis haereditate constitui. Quod Joannes ad Liberum Pontificem detulit, qui idem per somnum sibi consignasse affirmavit. Quare solemniter factodotum, & populi supplicatione ad collen venit nix cooptum, & in eo locum Ecclesiae designavit, quae Joannis, & uxoris pecunia extructa est, postea a Xysto tertio restituta. Variis nominibus primum est appellata, Basilica Liberii, facta Maria ad praesepe. Sed cum multa jam essent in urbe Ecclesiae sub nomine sanctae Mariae Virgini: ut quae Basilica novitate miraculi, ac dignitate ceteris ejusdem nominis Basilicis praestaret, vocabuli etiam excellentia significaret, Ecclesia sanctae Mariae Virgini majoris dicta est. *Breviar. Rom. Augusti 5. die. Carol. Signon. lib. 7. Imperii Occidentalis ad ann. 366.*

Eandem historiam habes in loco de S. Maria. Tit. Festa illius, item Templi eidem dedicata.

Anno Christi Domini Septingentesimo nono, Childbertus Monarchiam regni Francorum tenente, Archangelus Michael apparens Auberto Abricatenfi Episcopo, monuit E-mel, & iterum, ut in loco maris, qui propter eminentiam sui Tumba vocatur, fundaret Ecclesiam in memoriam sui volentestalem venerationem exhiberi sibi in pelago, qualis exhibetur sibi in monte Gargano. Interim taurus & Leone fur-tim raptus in illo loco religatur. Unde Episcopus, tertio admonitus, ut in illo loco fundamentum jaceret, ubi taurus religatur inveniret, & sicut cum terram pedibus proturvis videret sic Ecclesiae ambitum duceret, Ecclesiam in honorem sancti Michaelis constituit, & ex illo tempore sicut in monte Gargano, ita etiam in loco illo, qui modo dicitur in periculo maris, venerato Atehangeli frequentari cepit. *Si-geberti Chronica, anno 709. Baron. tom. 8. Annal. anno Christi 704. 5.*

Cum S. Venceslaus oraret aliquando in templo, Boleslaus frater, à matre ad seclus vigilantior excitatus cum invadit, ac primò ab ichu suo frustratur, ense sibi de manibus ob insperatum stuporem elapso: mox redeunte animo, & furor, quem secleris participes clientuli extingui non patiebantur, ictum repetit, ac facile inermem fratrem, patienterque plagam excipientem, interficat: dissimulataque necem manè statim filium illustrat, nomenque ei inter lustrandum Strachyquas, à terrore convivii mutato vocabulo, quod ipse terribili periculo effecerat, indit. Adco gloriari in malicia etiam sua gestiebat, qui potens erat in iniquitate, nescius adesse Deum bonis omni tempore, tum in vita tum in morte, quemadmodum illustrissimo tunc patuit exempro. Eadem quippe nocte Rex Dania, per quietem se admonitum oraculo testatus est, ut martyris Venceslai in Boemia à fratre obruncati memoriam sibi colendam susciperet: id quomodo ab ipso factum, caeremonia, sacerdotem, templum in Dania divo Venceslao dedicatum declarat. *Joan. Dabrav. Olmucens. Epist. lib. 4. c. 5. hist. Boem. Vita ejus cap. 14. apud Sur. 28. Septemb. tom. 5.*

Cuidam Syllano, viro pio, & qui virtutem amplectebatur, & erat Episcopus Troadis, cum venisset aliquando in civitatem Sceplaeorum, divinitus in somnis apparet Cornelius Centurio: longo, dixit, tempore hic habitus, & nullus me visitavit, praeter eos solos, qui à me fuerunt baptizati. Cum itaque interdum haec mente consideraret Episcopus, & quid sibi vellet somnium, non posset concitare, nocte sequenti ad eum rursus veniens sanctus: Ego sum, inquit, Cornelius Centurio: est autem mihi domus prope templum Jovis in rubro. Sed tu adifica alterum oratorium prope locum Demetrii servi Dei. Vocatur autem locus Pandochium: quo in loco sita sunt multa corpora sanctorum fratrum jam consummatorum. *Ex Simone Metaph. Sur. in vita S. Cornelii centur. cap. 9. die 13. Septemb.*

Tribunus quidam, nomine Domechenus gutturis praefocationem patiens, die, quo sancta migravit anima à carne, vidit in extasi reginam Radegundem ad se venientem, & eadem hora se de corpore exiisse nunciantem, cumque admonentem: ut Ecclesiam sancti Martini in loco sibi ostenso edificaret: & sic sanitate reciperet. Qui postquam haec promissit, ad se rediit: seque sanatum reperiens, diem, horamque notavit, & invenit Sanctam à saeculo tunc migrasse: unde mox dimissis septuaginta tribus detentis in vinculis Ecclesiam sancti Martini in loco, ubi nunc est, de proprio adificavit. *Petr. de Natalibus lib. 7. cap. 60.*

Suevi, & Boii cum Regibus suis Alarico, & Adalgerone, adversis Clodoveum Gallorum Rege acerrime congressi praelio, copias ejus cadunt, funduntque. Clodoveus Rex, H ubi nullam spem salutis nec in armis, nec in fuga esse videt, ad vota, & ceterum convertens, ait: Christe potens rerum, quem uxor mea colit, veneratur, praedicat, siste scdam fugam, deme Francis metum: tu mihi solus posthac jam eris Deus: ego tua sacra cum Francis recipiam, & tibi templa dicabo. Quod exit perpetuum posteris monumentum tua praesenti ope servatos esse Francos. Vix haec factus erat, Franci resistunt, redintegratur praelium. Uterque Rex hostium occidit, Franci superiores sunt. Suevi ad Theodorium Regem in Italiam confugit, eo deprecatore erga Francos utuntur, & cum Francis foedus, societatemque perpetuam faciunt. *Lib. 3. Annal. Bojorum Hinemar. Ep. Rhevmsi. in vita Clodovei an. 507. Baro-nius tom. 6.*

ORNATUS INTERIOR. Ornatum interiorem Tabernaculi descripsimus loco illius particulari.

M m 3 De

De ornatu vero interiori templi Salomonis, sic loquitur A Scriptura, supra vers. 15. Et edificavit parietes domus intrinsecus tabulis cedrinis (id est, lateribus, vel costis cedrinis) Pavimento domus usque ad summum parietem, & usque ad laquearia, id est, ipsa etiam laquearia, sive tecta laqueata, cedrina erant, & hoc est, quod ait: Et operuit lignis cedrinis intrinsecus, (scilicet laquearia) & texit pavementum domus tabulis abiegnis, quod de domo exteriori intelligendum est, nam pavementum Oraculi tabulis cedrinis tegebatur. Et postea: Omnia cedrinis tabulis vestiebantur: nec omnino lapis apparere poterat in pariete.

Tabulae omnes exceptis iis, quae erant in pavimento, habebant tornaturas, id est, torno erant expolitae, & juncturas fabrefactas, id est, ita altera cum altera copulabatur, ut firma esset junctura, & latens, ut non duae tabulae viderentur, sed una. Et celaturas eminentes, id est, palmas, & Cherubim, & flores sculpta in ipsis tabulis, ita ut eminenter. His tabulis omnibus tam parietum, quam pavementorum utriusque domus, laminae aureae infixae erant clavibus aureis, ita ut singuli clavificios quinque appenderent, ut legitur 2. Paralip. 31. Sed tamen artis subtilitate, ut quadrae essent ad regulam, id est, aequaliter undique quadrae; ut sine ullo hiatus copularentur, & sculpturae etiam essent, ut sculpturae auri eadem essent cum calaturis tabularum, id est, eadem figurae apparent in auro, quae sculptae prius fuerant in tabulis. Et pavimenti tabulae, & laminae nullam sculpturam habebant, quoniam planum esse debuit pavementum.

Ceterum templorum legis Evangelicae ornatu interiorum plura exempla paulo ante adducta adstruunt, sic ut nihil inter Catholicos hodie sit magis familiare, quam ornare templa, & in illosu cultum omni contentione desudare, idque tanto zelo, ut videas nonnullos, omnes animi nervos, & fortunarum bonam partem in haec pietate collocare.

De suo tempore ita S. Aug. in Psal. 113. Sed & nos, inquit, pleraque instrumenta, & vasa ex auro, & argento habemus in usum celebrandorum Sacramentorum, quae ipso ministerio consecrata, sancta dicuntur.

Prudentius in bymano de S. Laurentio inducit sic loquentem Tyrannum

Hunc esse vestris orgiis
Moenisque, & artem proditum est,
Hanc disciplinam foveris,
Libent ut auro Antiphites,
Argenteis scyphis ferunt
Rumare sacrum sanguinem,
Auroque noburnis facris
Adflare fixos cereos.

Paulinus natal. 3. S. Felicit.
Aurea nunc novis ornantur limina velis.

Fontem sanctum, ubi baptizatus est Augustus Constantinus circa lapide porphyretico, & ex omni parte coopertum intrinsecus, & foris, & desuper, & quantum aqua continet, ex argento purissimo, libras tria millia & octo: In medio fontis columina porphyretica, quae portat phialam ex auro purissimo pensantem libras quinquaginta, ubi ardent balsami librae ducentae, amexum ex itupa amiantum. In labro fontis agnum ex auro purissimo fundentem aquam, pensantem libras triginta. Ad dextram agni, Salvatorem ex argento purissimo in pedibus quinque, pensantem libras centum septuaginta. In laeva agni, beatum Joannem Baptistam ex argento in D. pedibus quinque tenentem titulum scriptum, qui hoc habet: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollis peccata mundi pensantem libras centum. Cervos ex argento septem fundentes aquam, pensantes singulos libras octingentas. Thyriamaterium ex auro purissimo pensans libras decem, cum gemmis prafinis, & hyacinthis undique, numero gemmarum quadraginta duae Tom. 1. Conc. in Sylvest. apud Baron. tom. 3. Annual. an. Christi 824. 56.

Anno Domini trecentesimo vigesimoquarto fecit Constantinus Augustus Basilicam in Palatio Sessoriano, ubi de signo sanctae Crucis posuit, & in auro, & gemmis conclavit, ubi & nomen Ecclesiae dedicavit, quo nominatur usque in hodiernum diem Hierusalem. In quo loco constituit dona ista: candelabra ante lignum sanctum lucentia argentea quatuor, secundum numerum quatuor Evangeliorum, pensantia singula libras octoginta: Pharos, candelatos argenteos quinquaginta, pensantes singulos libras quindecim: Scyphum aureum purissimum, pensantem libras decem: calices ministeriales quinque, pensantes singulos libras singulas: Scyphos argenteos tres pensantes singulos libras octo: Cali-

ces ministeriales argenteos decem, pensantes singulos libras duas: patenam argenteam auro inclavam, cum gemmis pensantem libras ducentas quinquaginta: Altare argenteum pensans libras ducentas quinquaginta: Amas argenteas tres, pensantes singulas libras viginti, & omnes argenteas circa palatium Ecclesiae dono dedit. Anast. Biblioth. in Constant. Baron. ad Annam 324.

Ornatum quoque mirifice Ecclesiae summi Pont. Rom. Leo enim III. fecit in basilica sancti Petri cortinas albas holosericas rosatas habentes in medio cruceum cum chrysoclavo: Et in Basilica beatae Dei Genitricis, quae appellatur ad praesepe, fecit cortinam majorem sericam albam habentem periclysin, & Crucem de fundata: Et in sacratissimo altari majore fecit vestem de chrysoclavo, habentem historiam Nativitatis, & sancti Simeonis (praesentationem divinae Virginis) Et in basilica sancti Laurentii in sacro altari vestem sericam chrysoclavam habentem historiam Dominicae passionis, & resurrectionis: Et in Ecclesia sancti Pauli fecit vela holoserica figillata habentia periclysin, & Crucem de Bathin, seu fundato numero quindecim: Et velum alchirno rotatu, &c. & in medio Crucem cum gemmis. In titulo Eudoxiae fecit vestem super altare Tyriam; &c. cum Crucem. Et in Basilica Salvatoris vestem habentem historiam Crucifixi: & in titulo sanctae Susannae fecit vestem de blathin habentem in medio Crucem de chrysoclavo. Et in templo sanctae Priscae vestem albam holosericam habentem in fronte Crucem de chrysoclavo. Idem in Leone III. apud Gresser. lib. 5. de Cruce.

PULCHERIA Imperatrix, Theodosii junioris soror, quindecim annos nondum nata virginitatem suam Deo per omnem vitam consecravit. Ut autem consilium, decretumque suum pignore aliquo stabilendum esse putaret, Deo ipsi, sacro sacerdotum ordini, & subditis civibus, cerum sententiae suae testimonium exhibuit. Nam admirandum quoddam incredibile pulchritudine ornamentum, ex auro, & pretiosis lapillis confectum, in sacra mensae formam redactum, pro virginitate sua, fratricum imperio, Catholicae Constantinopolitanae Ecclesiae dedicavit, in corona quadrangulata eius, consilio, causae consecrationis ejusmodi novis quibusdam literis insculpta. Niceph. Callist. Eccles. hist. lib. 14. cap. 2.

DAGOBERTUS Francorum Rex voti non immemor, quo divi martyribus Dionysio, ejusque collegis obnoxium se fecerat. Catulicum vicum petit: & sacrosancta corpora inde exhumari jubet. Inscripti erant tituli cuiusque mausoleo, quibus altera ab altero sine controversia erat designata. Ea in conditorio, quod fabrefreter rex mandaverat, reponi ad tempus imperat. Tandem magno sumptu, cum templum adificasset (quod & solidum argento tectum erat) eo transferri corpora instituit, condito ad eum usum auro feretro, additisque ad decorem multis, variisque gemmis. Annis insuper proventibus ad sacerdotum, & ministrorum templi alimoniam designatis, & ne minus ornamentis interius locus haberet: tapetes quoque unionibus, & gemmis variis intextos, quibus interior paries reteretur, attribuit. Adeo gratissimus divi martyribus patronis suis Dagobertus fuit. Inopum praeterea curam non omittens, reconditorum proximae ad aram majorem templi argenteum apponit, ubi quae divi donaria martyribus offeruntur, reposita sacerdotis genius impetrent. Ex Annal. Robert. Gaguin. lib. 3. Baron. tom. 8. ann. H. 647. 2. 3.

Porro inter omnes nationes primam locum debemus Belgis circa templorum ornatum, ut qui pro hoc obsequio, Dei, & Sanctorum cultum, ad exterorum emulationem, & exemplum promovere totis viribus contendunt, sic ut cum summa admiratione, templa omnia, quae nuperus furor haereticorum everterat, primum imo majorem splendorem receperint, ac in sola cathedrali Antwerp. supra LX. altaria, caque cultissima numerentur.

Consule locum de S. Maria Virg.
Tit. Tempia, & donaria, &c.

TEMPLORUM ETHNICORUM
SPLENDOR, ET MAGNIFICENTIA.

Templi Heliopolitani descriptionem habet Strabo lib. 17. In urbe Bubasti Aegyptiorum templum est Bubastis, hoc est Dianae, omnium maxime memorabile. Quo est alia sunt

sunt tum grandiora, tum sumptuosiora, nullum tamen aspectu jucundius. Id ita se habet. Cetera praeter accessum insula est: cuius ad ingressum usque duo est Nilo fluente vicina currunt, nec constunt, hinc atque illinc praeter fluentia, centum utrinque pedum latitudinis, arboribus inumbrata. Ejus vestibulum decem passibus sublime est, figura senum cubitorum adornatum. In media urbe situm, & quidem circumventum oculis subicietur. Nam cum urbs sit aggestu terrae sublimis, templum quemadmodum a principio conditum, nec loco motum, pro speculo est. Illud maceria figuris exculpta ambit. Interius delubrum, ingenti procerissimis arboribus manu confitis luco ambiente, in quo delubro statua est. Longitudo templi quodam versus unius est stadii. Ab ejus ingressu via per forum orientem versus, quae fert ad Mercurii templum, tria circiter stadia longitudinis, & quatuor jugerum latitudinis, strata lapide est, utrinque arboribus manu confitis in caelum euntibus. Herod. lib. 2.

In Aegypto civitas est fluvialis, nomine Tindium, ubi eorum sit concilium, atque in nomina ipsa civitate templum purum, ac magnificum ex lapidibus conspicitur: tum etiam extra templum ipsum vestibula sunt lapidea, spinaeque candidae, ac nigrae nascuntur, quarum in superiore spina praeterea, coronae ex mali pumice, vitisque flore compositae protriuntur: atque haec semper florent. Narratur fabula quadam ab Aegyptiis, quod cum Aethiopes in Trojam proficiscerentur sub imperio Ithonis, ubi mortuum esse Memnonem audiverunt, in eodem loco coronas abjecerunt in spinas. Sunt autem ramuli, ex quibus flos emittitur, coronis perfimiles. Athen. lib. 15. c. 10.

Babylon Assyria metropolitans, medio secatur Euphrate. In utriusque civitatis plagae medio murus erectus: quorum hic retrium comprehendit ambitu praegrandi, atque valido: in altero Jovis Beli templum, aereis portis, duorum undecunque stadiorum amplitudine, figura quadrata. In templi medio turris solida, crassitudine simul, & altitudine stadii: cui alia rursum superimposta turris, & huic subinde alia, ad octavam usque. His formisae scaelae sunt in circuitu adhibita, per quas ad singulas ascenditur turres. In medijs gradibus ductus, felleaque in hoc facta: in quibus ascensuros liceat sedere, ac conqiescere. In postrema turri scellum est aliud magnum: magnus quoque lectus, & splendide stratus, & apposita mensa aurea.

Statua tamen in hoc factello nulla est: neque hic noctu cubat hominum aliquis, praeter mulierem unam ex indigenis, quam ex omnibus Deus delegerit, ut narrant Chaldaei sacerdores. Herod. lib. 1.

Branchidarum templum a Milefisi constructum ea fuit amplitudine, ut remanserit sine tecto.

Vide Tit. loca oraculorum.

Magnae Dianae Leucophryenae sanum fuit, quod & adis magnitudine, & multitudinis rerum dedicatarum ab Ephesio superabatur: artificio vero, & structurae concinnitate circa aedem longe praestabat. Magnitudine omnia Asia sana excelebat, praeter Ephesum & Dydimenum. Strabo lib. 14.

Cyzici delubrum fuit, in quo filum aureum commissuris omnibus polii lapidis subjecerat artum, eburneum Jovem dicaturus intus, coronante cum marmoreo Apolline. Tralucens ergo junctura tenuissimis capillamentis, lenique afflata simulae laeva retroverte, praeter ingenium artificis ipsa materia quamvis occulta in pretio operis intelligitur. Plin. lib. 36. c. 15.

Sami templum est in tota Graecia amplissimum, cujus architectus primus fuit Rhacus Philaei F. Samius. Herod. lib. 3.

Minervae ALEX templum Tegeae in Arcadia, cum loci spatio, tum ornatu reliquo, omnia Peloponnesi templa superavit. Pausan. in Arcadica.

In Elide ades est Minervae, in qua frater Phidiae Pannaeus tectorium induxit lacte, & croco lubatum, ut ferunt: idcircoque stratur in ea hodieque salvia pollice, odorem croci, saporemque reddere traditur. Plin. lib. 26. c. 23.

In Corylio Arcadiae monte Apollinis Epicurii, id est, Auxiliaris (quia pestilentiam abegerat) ades, lapideae lacunari omnium, quae in Peloponneso sunt, excepto eo uno templo quod Tegeae est, cum lapidis pulchritudine, tum vero structurae concinnitate longe praestantissima. Pausanias in Arcadica.

LULIBELLA rex Aethiopiae in Abugana, multa, & splendidissima templa adificavit, quorum haec sunt nomina: Emma-L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

nuels, S. Salvatoris, S. Mariae, ad S. Crucem, S. Georgii, Golgothae, Bethlehemi, Mercurii, Martyrum Lulibella, quae omnia Petrae incisa sunt, & artificiosissime formata. Sepulchrum in Golgotha, monumento, quod similitudine responderet sepulchro S. Jacobi Compostellae, quod vifitur. Vixit 80. ante Abrahamum fucefforem. A mirabilibus istis adificiis ab hominibus albis formatis Balibaa, id est, mirabilis nominatus est. H. Henning. in Gen.

SEMIRAMIS, Babylone urbe condita, in urbis medio templum Jovi erexit, quem vocant Babylonii Belum. Constat ob illius mirandam altitudinem, a Chaldaeis tum Orientem, tum Occidentem versus astrorum in eo observationes factas. Id ex latere, atque asphaltum summa arce, magna impensa est constructum. In summo templi tres ingentes aureas statuas, Jovis, Junonis, Opifque erexit: Jovis longitudine pedum XL. mille Babyloniorum talentorum ponderis. Opis simili pondere in sella aurea refidit: ad cuius genua duo adstant leones, iuxtaque serpentes argentei ingentis magnitudinis: ponderis quisque ad talentorum xxx. Junonis flans signum, ponderis est talentorum dccc. Huius dextera caput serpentis tenet, sceptrum lapideum sinistra. His omnibus communis erat mensa aurea manufacta, longitudinis pedum XL. XII. latitudinis, ponderis talentorum L. Duo praeterea careffia talentorum xxx. erant, totidemque thuribula, utrumque talentorum xxx. Crateres ex auro tres: quorum Jovi dicatus talenta mille cc. & alius Jovica pendebat, aliorum quisque dc. Diod. lib. 1. cap. 4.

Magnificientia vera admittio extat templum Ephesiae Dianae cccx. annis factum a tota Asia. In solo id palustri fecere, ne terrae motus sentiret, aut hiatus timeret. Rursum ne in lubrico, atque instabili fundamenta tanta molis locarentur, caleatis ea substravere carbonibus, pedum velleribus lanae. Univerfo templo longitudo est ccccv. pedum, latitudo cccx. Columnae cxxviii. a singulis regibus factae, LX. pedum altitudine: ex iis xxxvii. calatae, una a Scopae. Operi praesitit Chersiphron architectus. Summa miracula, epistylia tanta molis atrolli potuisse. Id consecutus est ille peronibus arena plenis, molli pulvino super capta columnarum exaggerato, paulatim exanimans imos, ut sentim totum insideret. Difficillime hoc contigit in limine isto, quod foribus impendebat. Et enim ea maxima moles fuit, nec fedit in cubili, anxio artifice mortis destinatione suprema. Traduntque in ea cogitatione festum nocturno tempore, in quiete vidisse praesentem deam, cui templum fiebat, hortantem ut viveret, se compositis lapidem, atque ita postero die apparuit, pondereque ipso correptus videbatur. Cetera ejus operis ornamenta plurimum librorum inflar obtinent, nihil ad specimen naturae pertinentia. Plin. lib. 36. cap. 14. Solinus, cum Mela, ab Amazonibus sanum hoc consecratum, & fabricatum volunt, nec non Dionysius. Evidet sui motu vixit ducentis annis. Pausan. in Achaicis a Croeso viro indigena, & Ephesio Istri fluminis credito filio adificatum tradunt. Nec dissentire eos inter se opinamur, septies restituro templo, inquit Brodeus. Tectum ejus est cedrinis trabibus. Dea simulacrum alii ex ebano, Mutianus virgineum, & nunquam mutatum, septies restituro templo. Valz sunt e cupresso. Materia omnis novae similis, cum XL. jam annis duravit. Plin. lib. 10. cap. 40. Illud Heroftratus Ephesius incendit, ut sibi perpetuitatem nominis compararet. Incendium accidit circiter Idus Sextilis, quo die natus est Alexander Magnus, H. ut ait Plin. in ejus vita. Sanxerunt Ephesii, propositis gravissimis supplicis, ne quis in posterum Heroftratum nominaret: Exinde Ephesii aliud praestantius construxerunt, mulierum ornamentis, & multis operibus ad id collatis, non ut Timaeus Tauromenitanus ait ex Perfarum depositis, cum nulla essent, & si qua fuerant, cum templo confagraverunt. Ferunt, Alexandrum Magnum, cum templo confagraverunt, statuari accepisset, factas, & futuras impensas pollicitur, si ejus rei titulus sibi adscriberetur: illos autem renuissit, Ephesumque laudibus quendam extollit, qui regi dixit, non decere Deum diis quicquam dedicare. Strabo lib. 14.

Sicyone ad portam Sacram dicta templum Minervae ab Epopeo rege dedicatum, magnitudine, & ornamentis omnibus ejus temporis operibus praestitit. De caelo tactum confagravit. Pausan. in Corinthiis.

GELON Syracusanus Ceteri, & Proserpinae templa ex manibus, ipsiisque Carthagenensium ingenti magnificentia, miroque artificio extruxit. Diod. lib. 11. c. 1.

cuiusque ab ea aurum, argentumque honeste exposceret, illa fidei constantia esse apud se plurimum, & mox proferendum spondit, ac protulit: erant hæc vasa sacra in custodiam accepta, qua haud absque infinctu Spiritus sancti barbaro revelanda putavit. Dumque expositis opibus, atonitum barbarum magnitudine, & pondere, ac pulchritudine, ignota etiam vasorum qualitate, intelligeret; virgo Christi ad barbarum ait: Hæc Petri Apostoli sacra ministeria sunt, Præsume, si audeas de facto tu videris. Ego quia defendere non valeo, neque temere audeo. Barbarus ad reverentiam religionis timore Dei, & fide Virginis motus ad Alaricum hæc per nuncium retulit. Qui continuo reportari ad Apostoli basilicam universa, urent, vasa imperavit: virginem etiam, simulque, qui se adungerent, Christianos, eodem cum defensione deduci. Ea domus à sanctis sedibus longo (ut ferunt) & medio interjectu urbis ab erat. Itaque magno spectaculo omnium, disposita per singulos singula, & super capita elata palam aurea, atque argentea vasa portantur: exerts undique ad defensionem gladii pia pompa muniter: hymnus Deo, Romanis, barbarisque concinentibus, publicè canitur: perfonat latè in excidio urbis salutis tuba, omnesque etiam in abditis latentis invitavit, ac pulsavit: concurrunt undique ad vasa Petri vasa Christi, Plurimi etiam pagani Christiani professione, in sine fide admiscuntur, & per hoc tamen ad tempus, quo magis confundantur, evadunt, Christiani videlicet. Quanto copiosius aggregantur Romani confugientes, tanto avidius circumfunduntur barbari defensores, &c. Paul. Oros. l. 7. rerum Rom. c. 39. Baron. tom. 5. Ann. 410. August. l. 1. de civ. c. 1. & 2.

Recentet præterea Procopius Cæsariensis, aliud quoque admiratione dignum, quod Deus fecit in hominibus non illis quidem sacris nostris initiatis, sed qui tamen tum quo sancta essent, facere delegissent. Scribit namque de Cabaone quodam Maurorum eorum, qui circa Tripolim sunt, duce. Cabaones igitur ille (illius enim, qui hæc perquam luculenter commemorat, verbis utar) postquam Vandalos bellum adversum se movere audivit, hæc fecit. Primum civibus, subditisque suis præcepit, ut ab iniquitate omni, & cibo, qui ad delicias faceret, abessent, omniumque maxime se à congressu mulierum abstinerent: & hinc castriis positus, in alteris quidem ipse cum vitis in armis fuit, in alteris autem mulieres incluserit, mortis supplicium minatus, si quis foeminarum vallum ingressus esset. Sub hæc exploratoribus Carthaginem missis mandavit, ubi Vandali in expeditione militari in templum Christianorum aliquod per injuriam contumeliose quidquam facerent, ut ipsi quidem, si ea fierent, spectarent: postquam autem Vandali ex eo loco decessissent, diversa, & contraria omnia in delubrum id, unde illi abissent, facerent. Illud etiam cum dixisse ferunt, se quidem Deum, quem Christiani colerent, ignorare: consentaneum verò, & par esse, si quidem quod diceretur, fortis, potensque esset, ut eum contemptores nominis sui ulcisceretur, tum cultores tueretur. Itaque speculatores, postquam Carthaginem venerunt, per otium ibi quieverunt, Vandalorum apparatus belli spectantes. Ubi verò exercitus eorum Tripolim versus iret, viliori habitu sumpto, subsecuti sunt. Porrò Vandali die primo in Christianorum templis manserunt, & inductis in ea equis, & jumentis aliis, nihil de injuria, contumeliaque aliqua reliqui quidquam facere. Et lascivia, libidineque sua usi, sacerdotibus, quos atripulissent, colaphos impegunt. & plagis multis in tergo affecerunt, subvivere eos sibi coegerunt. Postquam verò celerimè inde discesserunt, Cabaonis exploratores, quæ ipsis mandata erant, fecerunt. Templamque confestim repurgarunt, & purgamentis, aliisque rebus, quæ ibi minus sanctæ postæ erant, cum cura, & diligentia ejectis, ritè omnia dispoferunt, lucernas omnes incendere, sacerdotis venerationi ingenti coluere: & humanitate alia omni prosequuti sunt. Nicephor. Calist. hystor. Eccles. l. 17. c. 11.

His præterendum erat illud de Theodosio Minore, qui proprio admodum fuit in Ecclesiis studio, easque magna est reverentia prosequutus: nam præter publicam legem, qua sancivit, ut omnes imperii subditi templa revererentur, de seipso ita loquitur: Nos, qui legitimi impetui armis nunquam non circumdamur, quosque sine armatis stipatoribus esse non convenit, Dei templum ingressuri foris arma relinquimus, & ipsum etiam diadema, regie majestatis insignem, humiliter deponimus, & facta altaria munentium tantum offerendum causa accedimus, quibus quoque oblati, ad extimum, communeque atrium mox nos recipimus, nec quidquam ex propinqua divinitate nobis arrogamus. Con. Epb. edit. pen. 2. c. 21. Bar. 1. 3. an. 398.

TEMPLORUM VENERATIO, PETITA AD ANTIQUITATE. EXEMPLA ETHNICORUM.

Apud Thebas Ægyptias olim ex quatuor templis pulchritudine, magnitudineque admirabili constructis, unum fuit antiquissimum, cujus circuitus stadiis XIII. patebat, altitudo cubitis quinque, & quadraginta: muri latitudo erat pedum quatuor, & viginti. Responde hujus templi magnificentie ajunt ornamentorum cultum, magna impensa, & mirando opere constructum, ea structura usque ad posteriora permanit tempora. Aurum verò, & argentum, ebur, & lapidum sumptus, atque ornatus, à Persis ablata, quo tempore Cambyses Ægyptiorum templa combussit. Diad. l. 1. c. 4.

Templa Græciæ vetustissima habentur, Pythii Apollinis apud Samios, Minervæ apud Phocænes in Jonia, quod Harpagus olim Medus exulit: antiquissimum verò omnium Theatii Apollinis apud Troezenis, quod Pitheus maternus avus Theci edificavit, & exornavit. Paus. in Cor. Memorabile fuit Utice templum Apollinis, ubi Numidicarum cedrorum trabes durant, ita ut postæ fuerint prima urbis ejus origine, annis mille centum octoginta octo. Et in Hispania Sagunti ajunt templum Dianæ à Zazynto advectæ cum conditoribus, annis ducentis ante excidium Troje, ut auctor est Bochus, infraque oppidum ipsum id haberi. Cui pepercit religione inductus Annibal: juniperi trabibus etiam nunc durantibus. Super omnia memorantur ædes in Aulide ejusdem deæ, sæculis aliquot ante Trojanum bellum edificatæ: quoniam genere materiae scientia obliterata. Plin. l. 16. cap. 20.

CHRISTIANORUM. Romæ non reperio aliud antiquius templum adificatum, aut dicatum, vel ad usum sacrorum fuisse convertum, quam thermas Novarum in vicis Patricio, quas vix Pontifex Præsedis eximix sanctitatis feminæ rogatu, diva Pudentianæ ejus fori consecravit, qui fuit annus circiter CL. ab eo, qui humanæ Salutis fuit primus. Hyginus tamen, qui Pium præfecerat, plura templa facis dedicaverat cæremoniis, quod fidem facit, jam antea loca aliqua Deo dicata fuisse, sed ubi loci id factum fuerit, parum liquido traditur. Nec ita multo post Calistus jam sese Tyrannorum odio sensum remittente, ædem in Transiberiana regione B. Virginis fruxit, cœmeteriumque ex suo nomine condidit: ubi Appia, ubi multorum martyrum G. repositi erant cineres. Polyd. l. 5. c. 6. de rerum invent.

Ceterum de Antiquitate, & usu Templorum, apud Christianos jam à temporibus Apostolorum successivo pietatis obsequio familiari, multa in medium protulimus initio præsentis loci, è quibus Lector hauriat huic Titulo accomodanda.

A. SANCTITATE, ET CULTU.

EXEMPLA ETHNICORUM. In Ponto sanum est, Menfa Pharmacis dictum, America scilicet vicus, in urbis modum, multos sacros servos habens, & regionem sacram, cujus fructum sacerdos percipit. Hoc sanum adeo reges venerati sunt, ut quod ipsi regium iusturandum vocant, id regis fortunam, & Pharmacis mentem dixerunt. Eit autem hoc luna sanum, quemadmodum id, quod apud Albanos est, & ea, quæ sunt in Phrygia. Strabo l. 12.

Supra Tuneta infimere trium dierum urbs est Carvenna, perantiquo templo venerabilis, & ob id libera, & immunis, in qua sancti fato Maurorum, & Numidarum proceres, vel è longissimo terrarum tractu tumularunt. Quoniam persuasum habent, eorum animas, quorum ossa eo in loco sita sunt, uti purius expiatis, ad impetrandam celestis vitæ felicitatem, illorum sacerdotum accuratore cæremonia superis efficacissimè commendari. Jov. l. 23. Hystor.

Apud Argivos nobilissimum templum fuit Apollinis Lycii dedicatione Danai. Cujus occasionem pete ex Tit. Certamina bonorum fortunæ. Item & Æsculapii. Pausanias in Corinthiacis.

Veneris templum adeo locupletatum fuit Corinthi, ut supra mille prostituta puellas caperet, quas Veneri viti, mulieresque addixerant. Propter hæc frequens in urbem multitudo conveniebat, unde civitas mirum in modum ditabatur. Strabo lib. 8.

CHRISTIANORUM. Miratur hodie Byzantium augustissimum Sophiæ templum, quo nullum fuit olim in terris sanctis: quia Christo sit factum, qui vera est Patris æterni sapientia. Sabell. l. 10. c. 14. Habet & Roma, sancti Petri Byzantio, quod in hoc genere miretur, Petri Apostolorum Principis basilicam in Vaticano, & Hostiensis

Hostiensis immani amplitudine, & apparatu visendo. Religio A utrobique ingens, sed Vaticanæ ob Pontificiam domum majos celebritas. Ibidem.

Obtigit & Joanni Zachariæ filio augustum, & opulentum sanum Lateranense, religione, cæremonia, & donariis nobilitate: tum quia Pontificis sit Maximi sedes, longè nobilissimum. Sab. l. 10. c. 14.

GARGANUS quidam civis Sipontinus, cujus prægrandæ amentum in monte Urio Apuliz, qui hodie Garganus, & S. Angeli dicuntur, pascetur, quo tempore Gothorum armis Italia vexata est, armentale taurum, qui à grege aberrat, quatians, inventum tandem ad speluncam nativam, in vivo cavatam saxo, ira percitus fugit petiit. Ea ubi tergum tauri attigit, retro flexa vestigio in Garganum versa est. Ea re in religionem versa, Garganus Laurentio sacerdoti rem aperuit. Is indicto trium dierum jejuniu noctu Michaelem Archangelum in somnis vidit, affirmantem sua opera taurum indicem basilicæ existisse, quam inhabitari vellet, & ab hominibus celebrari. Jam verò cum Sipontini Neapolitanos urbem obfidentes, oraculo Archangeli per Laurentium habito, stata hora crumpentes diffissent, spelunca tantquam Archangelus excavata manibus religiosè colitur, neque Gelasii Pontificis max. dedicatio, quam parabat, ac Archangelus approbata, quod locus ecclitias consecratis humana non egeret dedicatione. Sic igitur specus consecratus, cum templo augustissimo, quod plurimi mortales quotannis accedere solent. Est autem nativa specus durissimo è saxo, in quo multis gradibus, cæterum non lato admodum aditu descenditur, speculibus quibusdam lumen præbentibus. Vestitæ autem parte superiore, qua nativa ipsa quidem, ac petriosa testudo est: quæ vasa procrivata lucus, muris tamen circumdatus, pæcori ne qua pateat ingressus. Ante verò quam descendere in antrum incipias, ædificia extant manu facta elaboratè è lapide. Ubi verò antrum in imum descendens, quia specus diffunditur, mira animum religio subit, loco ipso subobscuro, & horrido, solaque natura constituto. Ad moment religionis tabellæ, votaque passim suspensa, titulos indicantia. Ubi verò are admodum, ad numinis procumbes statua, loco solo, & ab hominum accessu semoto, repente inhorrescit tacito metu animus, atque in divinitatem tantum rerum cognitionem versus, in preces, & supplicia effunditur. Augent venerationem alia item aræ, nullo sumptu, nullo artificio factæ, quibus natura ipse videtur locum sanctis. Pont. l. 2. h. l. Neap. * Augustissima, & excelsissima ubi vix penè terrarum templa Deo, & Sanctis dedicata reperimur, quæ vel ab ipso aspectu venerationem, ac timorem incitant, cum sine fabricam, sine interiorum ornatum consideres, talia sunt, quæ supra iam Dei majestatem, in cuius honorem eriguntur, & ornantur, & excellentiam protestentur, & menti subiciant. Talia sunt S. Marci Veneti, S. Mariæ Hippalense, ac Tolentanum, & S. Ambrosii Mediolanense, S. Petri Argentor. & trium Regum Colon. Item templum Ambianense, Antuerpiense, Gandavense, Sylveduense, Tornacense, Cameracense. Atrebatense, ac pleaque alia quorum meminimus titulis prioribus, & in loco de S. Maria Tit. de templis eidem dedicatis.

MIRACULIS, SIVE EVENTIBUS Admirandis. In libro de Fabulosis locorum rebus est, cum Halicarnassi D sacrificium quoddam Jovi Ascizo peragitur, gregem caprarum ad sanum adductum consistere, votique abolitus, unam earum, nemine, ducente, progrediam ad aram accedere, qua sacerdos aræpta litæ. Apol. de Hyst. mirab.

In Bœotia Cereis Mycalestæ templum occulti singulis noctibus, & aperiri ab Hercule putant. Præterea ad simulacri pedes poma omnia, quæ fert autumnus, exponunt. Ea quam recentissima totum annum perdurant. Paus. in Bœot.

Inter Tralles, atque Nyssam vicus est Nyssenium, non procul ab urbe, nomine Pucliaræ, ubi Plutonium est, luco sumptuoso circumdatum. Item Plutonius, ac Junonis delubrum, & antrum Charonium natura admirabile, quod lico imminet. Tradunt, ægrotos, qui horum deorum curas vacant, eò proficisci, atque in vico, specui vicino, apud sacrorum peritos locum: rati: qui pro eis invocantes, curas ex infomnis captant. Hi decorum remedia innotentes, sepe illos in antrum ducunt: ubi tantquam in caverna manentes, multos dies & jejuni, & quiete excubant, nonnunquam ægrotantes, propriis infomnis intereunt, ductu, & consilio sacerdotum. Strabo lib. 14.

EXEMPLA ETHNICORUM. In libro de Fabulosis locorum rebus est, cum Halicarnassi D sacrificium quoddam Jovi Ascizo peragitur, gregem caprarum ad sanum adductum consistere, votique abolitus, unam earum, nemine, ducente, progrediam ad aram accedere, qua sacerdos aræpta litæ. Apol. de Hyst. mirab.

Epidaurus Peloponnesi civitas Æsculapii claritate nobilitata, quem varia morborum genera curasse somniati sunt homines. Erat verò templo ægrotantium multitudine usqueque refertum, pendentiisque tabellis, in quibus sanati languores erant inscripti. Quemadmodum & in Coa fibat insula pariter, & Trica. Sita urbs est in ipso Saronici sinus recessu indimo. Strabo l. 8.

Canopus centum, ac viginti stadiis distat ab Alexandria, dicta de nomine Canopi, qui Menelai classem gubernabat, & ibi mortuus est. In ea est Serapidestemplum, & cultu, & religione excellens, ut etiam doctissimi viri credant, & profese, vel proahis infomni ibi captent. Sunt, qui curas conficiant, quidam verò virtutes eorum, quæ ibi respondentur. Strabo libro 17.

Celebre sanum habet Veneris Paphos, in cujus quadam aream non implevit. Item in Nea oppido Troadis circa simulacrum Minervæ, In eodem, & relicta sacrificia non profectunt. Plin. l. 2. cap. 96. Scripsit Lucianus in Icaromenippo celeberrimum templum Æsculapii fuisse Pergamensi, sicut Apollinis in Delphis. Strabo l. 8. sanum Æsculapii insigne scribit Tetrapii, quæ civitatis ab Jonibus, & Caribus habitabatur. Erat id templum multitudine ægrotantium, & variis morbis laborantium plenum, & pariter pictis tabellis ubique recti, in quibus scripti erant morbi, & nomina eorum, qui ab illo Deo sanati essent. N. et. Com. Myrbol. l. 4. c. 11.

In Daulia esse memorant Iliados Minervæ templum, in quo alantur canes, quibus initum planè sit, perinde ac ratione quadam, adventantibus subblandiri Græcis, Barbaros autem, ubi se ostentant, latratu insectari. Cal. l. 23. c. 30. A. L.

Extrâ Crotonem olim Junonis Laciniz templum fuit, multa religione sacrum. Lucus præter abietibus septus. Lata in medio pascua, ubi omnis generis pecus deæ sacrum sine custode pascetur, gregibusque noctem ad stabula spontè remeantibus, nulli hominum, ferarumve injuria obnoxii. Solida ex auro columna ex illorum proventus facta, dedicataque deæ est, templum divitiis, & religione inclytum. Miraculum loco affingitur ex ara, qua ibi sub dio fuit, nunquam cinerem ventorum impulsu dissipatum. Sabell. l. 3. E. 5. 2.

Templum Diomedis esse ajunt in insula Diomedea, non longè à monte Gargano, qui est in Apulia, & hoc templum G circumvolare, atque incolere alites aves Diomedas, tam mirabili obsequio, ut rostrum aqua impleant, & aspergant: & eò si Græci venerint, vel Græcorum stirpe progeniti, non solum quietas esse, verum & superadvolare: si autem alienigenas viderint, subvolare, & capita eorum tam gravibus ictibus, ut etiam perimant, vulnerare, nam duris, & grandibus rostris factis ad hæc prælia perhibentur armate. Aug. l. 18. de Civ. Dei. c. 16. Serv. 2. Georg. ait, socios Diomedis duce suo subulato impatiencia doloris in aves mutatos esse, & memores originis suæ Græciæ navibus lætas occurrere, barbaris infestas, quod ab Illyricis Diomedes sit interemptus. Arist. tamen in Myrb. audit, ab Ænea occisum dicit: Has aves Servius dicit à Græcis vocari ipudias, sic putat Ælianus. Aves, earumque ingenium describit Plin. l. 10. vocarique scribit à Juba Catastaas, esseque illis dentes, & oculos igneo colore, cæterum corpus candidum: duas semper is duces, alteram duccere agmen, alteram cogere: has tantum vixi in insula nobilis Diomedis tumulo, atque delubro, contra Apuliz oram, fulcraurum similes. Advenas barbaros clamore insectant, Græcis tantum adulantur miro discrimine, velut Generi Diomedis hoctribuentes. Originem verò fabulæ esse dicit, quod illi ædem ejus quotidie H pleno gutture madentibus pennis percutunt, atque purificant.

Romæ in Boario foro ædes Herculi rotunda præcipua admirationis, ad quam nec canes, nec mulsæ ingredi, opinio est, sicut Achilles ædem ante Borysthenem nulla ales ingrediebatur. Alex. l. 2. c. 14.

CHRISTIANORUM. Vasa omnia, quæ in primo Salomonis templo aurea fuerant, in secundo facta sunt aenea, ut Talmudistæ referunt. Herodis opificium, est ingens fuit, tamen Herodes neque divitiis, neque potestate, neque ulla in re cum Salomone confecti potuit. Talmudistæ dicunt, sanctitatis primi templi indicia, in secundo defuisse: Neque enim ignis, qui in primo templo de celo descendens holocausta comburebat, in secundo unquam descendere visus est. Nec gloria Dei, quæ in primo templo in Sancta Sanctorum inter Cherubim apparete solebat, in secundo unquam apparuit. Nec spiritus sanctus,